

fecta sit, non liquet. Etenim non modo praepositione ἐπι Palaephatus ita vtitur, vt finem et consilium, quo quid fit, significet \*), sed etiam particula κατὰ, vt in Fabula Ius \*\*) κατὰ ζήτησιν ἐξιόντες et quidem, vt videtur, ipsius Homeri auctoritate. Certe verba Vlyssis \*\*\*) ἤλθον Τειρεσίαο κατὰ χρέος mihi semper ita explicanda visa sunt *veni consulendi Tiresiae causa*, vt verba εἰ τινα βελὴν εἶποι ὅπως Ἰθάκην ἐς παιπαλόεσσαν ἰκοίμην; interpretationis superiorum verborum causa adiecta essent: quae sane vsitatissima optimis scriptoribus, atque adeo ipsi Homero, ratio est. Quidni enim χρέος dictum Graecis de *vaticinio* putemus, quum et Eustathius veteres Grammaticos memoret, qui illud acceperint de *χρησμοδήματι*, et verbum χρέω, pro quo etiam χρεῖω dicitur, idem significare reperiat, quod προφητεύω †)? Accedit, quod eo loco, quo poëta Vlysssem retulisse vxori ait labores suos ††), eum narrantem facit, Ἦδ' ὡς Ἴδεω δόμον ἤλυθεν εὐρώεντα, Ψυχῇ χησόμενος Θηβαίῃ Τειρεσίαο —, h. e. Τειρεσίαο κατὰ χρέος. Atque huius generis loci nonnulli alii occurrent lectoribus Fabularum Palaephati; quos tamen nobis attingere nunc non placet, cum quia eos notauimus in animaduersionibus ad illum libellum, tum quia omnino finem

\*) Vid. 19, 1. 25, 3.

31, 6 f.

\*\*) C. 43, 3. Sic Pausan. 5, 25 p. 445 Kuhn. κατὰ ζήτησιν ἐκπέυσαντες τῆς Εὐρώπης. add. Heliod. 1 p. 35. 2 p. 72. 81. 216. 267 — Comel.

\*\*\*) Odyf. λ', 478

†) Hesychius: χρέοντες προφητεύοντες. V. Odyf. θ', 79. H. in Apol. 132. 253. 293

††) Odyf. ψ', 322 f.